



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Vetustas.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

ca manicatos, ebriosorum personas ridiculum in morem gestasse. Hinc apud Virgilium :

Ensid. 1. 6.

Threicius longa cum veste sacerdos
Obloquitur numeris septem discrimina vocem.

Et quod ad manicatos facit, eiusum alibi :

Et tunicae manicas, & habent redimicula mitra.

Ensid. 1. 9.

Sed ut ad Athenæum revertamur, Phallophoros demum ait (ideæ sunt hæc impudentioris Mulsæ, hæc scivæ que apud veteres ceremoniæ) serpyllo & paderotæ herbis faciem occultasse, fertaque sibi ex viola & hederâ nexuisse.

VETUSTAS. CAP. XIX.

PRæter hæc vetustatis symbolum est hederâ, cum semper circa vel arbores, vel ædificia, vetustate consumpta ruinosaque saxa maxime versetur : quin etiam ex eo Baccho sacra, veluti vinâ etiam de vetustate commendantur. Pindaricum porro est vinum à vetustate commendare, ut Ephe-

mosto in Olympiis, αὐτὸς ἢ παλαιὸν ὄψο ὄλον. Ita Horatius passim :

O natam mecum consule Manlio testam.

Sic Tibullus, ut corrupta obiter lectio corrigatur, lib. Amorum secundo, Elegia prima :

Nunc mihi fumosi veteres afferite Phalernos
Consulis, & Chio solve vincla cedo.

Fumosi enim Consulis, non Fumosos Phalernos, ut imperiti nonnulli putant, eadem synepieia apud Juvenalem habetur :

Fumosos equitum cum Dictatore Magistros.

Notum enim quemadmodum Romani studiosissime curarint, ut atria sua majorum illustrium imaginibus complerentur, ad excitandam scilicet posteritatem, ut quod sibi ad imitandum proponerent, assidue conspicerent. Fumosos igitur, præ vetustate quadam veluti fuligine coloratos. Hederâ autem cogere in senium arbores creditur, ipsaque non nisi senescentibus libenter adhærescit. Extant super hoc luculentissima Laberii carmina, quorum ea duo tantum afferam, quæ ad sententiam, qua de nunc agitur, congruere videntur :

Ut hederâ serpens arborum vires necat,
Ita vetustas ambitu annorum necat.

Neque quidem ea tantum de causa, quia vetustas vinum commendat, & hederâ sit vetustatis indicium, ea Baccho sacra perhibetur, sed quoniam, ut super ejus vi Plutarchus dislerit, commanducata hederæ folia ebrietatis speciem quandam repræsentant, & proclives ad furorem mentes incitant.

FUROR POETICUS. CAP. XX.

ATque hinc demum existimant eruditissimi viri coronas hederaceas Poetis attributas, siquidem motus ille divinitus fit, ut author est Plato, quo Poetarum mens concitata, imagines rerum tot supra naturam concipit, & in ea interdum mysteria scriptis mandat, quæ paulo post ipsi abeunte furore vix intelligunt. Unde non immerito excludit sanos Helicone Poetas Democritus, eosque tantum admittit :

Horat. de
art. Poet.

Quos cantor Apollo
Nubila, quæque Deum in penetrabilibus addita cernunt,
Non patiur versare lutum, sed ad aurea cæli Atque ubi jam sese rediere in somniamente
Limina sublimis Jovis omnipotentis in aula Attonica repetunt, & quæ inspicere reposcunt,
Sistit, & ætheri monstrat commercia cætus, Et plerumque suas non percipere Camanæ,
Ambrosiamq; libens nec largi, propinat, & illi usque adeo humanis præstant cælestia rebus.
Magna canunt afflante Deo, mortalia ponunt.

Uti nuper
Torquatus
Tassus Ita-
licus.

DE SMILACE. CAP. XXI.

QUoniam vero Milax, ut vocabulo utar Aeginetæ, quadam cum hederæ foliorum viticisque similitudine ita congruit, ut ea multi magno ceremoniarum errore pro hederâ usi sint, ignorantibus funestam esse, & omnibus sacris & coronis infausam, ideo visum est in hoc hederæ commentario mea